tus ac comitatus hmõi vacatiõe bñficioꝝ in locis remotis regni
ac delphinat⁹ ⁊ comitatus hmõi vacatiõe bñficioꝝ in locis remo
tis regni ac delphinat⁹ ⁊ comitat⁹ eorũdẽ per obitũ ꝑ tpe vacãtiũ
intellecta eorũ veri valoris notitiã habere nõ poſſe et veri valoris

hmôi notitia nõ habita ad illa a Romano põtifice impetrandum celerũ nuntiũ ad ſedẽ pdictã deſtinare ⁊ ſignaturã ſupplicationis ſuper illoꝝ impetratiõe cũ facultate verũ annuũ valorẽ bñficioꝝ hmôi in literarũ ſup hmôi ſupplicationibus expeditione augẽdi obtinere ⁊ ad effectũ poſſeſſionẽ bñficioꝝ hmôi aſſequẽdi literas ſup hmôi impetrationib⁹ cũ minus vera valoris bñficioꝝ eorũdẽ expreſſione expedire ⁊ abſq; eoꝝ culpa. diligẽtia ⁊ expenſis p impetratione hmôi obtinẽda factis: ⁊ gratia eis a nobis cõceſſa ⁊ illius effectus fruſtrari ac p poſteriores q̃ nulla adhibita diligẽtia cũ expreſſione veri valoris eadẽ bñficia a ſede pdicta ĩpetrarũt excludi ac deſuper ppterea moleſtari. Nos q̃ ſubditoꝝ noſtroꝝ cõmoda libẽter pcuram⁹ ac eos a litibus ⁊ expẽſis q̃tũ cũ dño poſſumus releuamus motu ppꝛio: ac ex certa noſtra ſciẽtia ac de apoſtolice poteſtatis plenitudine ſtatuimus ⁊ ordinam⁹ q̃ decetero ppetuis futuris tẽporibus impetrãtes bñficia eccleſiaſtica in regno delphinatu ⁊ comitatu pdictis (p obitũ dũtaxat) vacãtia ſi verũ annuũ valorẽ bñficioꝝ in literis apoſtolicis: q̃ ſuper dictis bñficijs expedite fuerint nõ expreſſerint infra annũ a die date literarũ earũdẽ cõputandũ valorẽ ipſum male expreſſum corrigi per officiales ad quos expeditio literarũ hmôi ptinet ⁊ correctiones literarũ earũdem fieri cõſueuerũt petere. Ipſiq; officiales ipſarũ literarũ expeditioni pſidẽtes ad eorũdẽ impetrantiũ ſimplicẽ petitionẽ valorẽ ipſoꝝ ad verũ annuũ valorẽ iuxta petẽtiũ volũtatẽ ĩ eiſdẽ literis reducere ⁊ corrigere. Ipſiq; impetrãtes p augmẽto valoris expreſſi dũtaxat annatã camere apoſtolice ſoluere debeãt ⁊ teneant: decernẽtes quaſcũq; impetratiões poſteriores de dictis bñficijs rõne nõ expreſſionis veri valoris hmôi infra dictũ annũ factas nullius roboris vel momenti eſſe ⁊ p infectis haberi debere. ¶ Nulli ergo oino hominũ liceat hãc paginã noſtroꝝ ſtatuti ordinatiõis ⁊ decreti infringere vel ei auſu temerario cõtraire. ¶ Si quis aũt hoc attentare preſumpſerit indignationem omnipotentis dei ac beatorum petri ⁊ pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. ¶ Datum rome apud ſanctũ Petrũ. Anno incarnationis dñice M.cccccxvj. kalendas octobris. põtificatus noſtri anno quarto.

¶ De regiſtratione concordatorum per curias fiendas.

QUocirca dilectis ⁊ fidelib⁹ pſiliarijs curias nr̃as parlamẽti tenẽtib⁹: necnõ ſeneſcallis bailliuis pꝑoſitis alijſq; iuſtitiarijs ⁊ officiarijs nr̃is harũ ſerie mãdam⁹ ⁊ iniũgim⁹. quatin⁹ pſentium tenorẽ ſuis in regiſtris regiſtrẽt. vt ſi pro reb⁹ ⁊ negotijs indies occurrẽtibus: illis quis agere habuerit ex dictis regiſtris illas extrahere poſſit ⁊ valeat cui extracto debito mõ facto talem fidem

haberi volumus ac ſi pꝛedictarũ bullarũ oꝛginale exhiberẽt. Nã ſic fieri volumus. ꝛ quatenus opus eſſet ex certa noſtra ſcientia ꝛ poteſtatis plenitudie ita foꝛe oꝛdinamꝰ. ¶ Datũ ambaſie die duodecima mẽſis apꝛilis Anno domini milleſimo quingenteſimo decimooctauo. Et regni noſtri quarto. Sur le reply eſt eſcript. Per regẽ. ainſi ſigne. Robertet. Et ſeelle a double queue ꝛ cire iaulne.

¶ De regia facultate pꝛimũ mẽſem graduatis debitũ nominandi

¶ Summarium.

¶ Eo qꝛ apud oẽs ignotũ erat quiſnã menſis graduatis ſimplicibus: necnõ qui menſes oꝛdinarijs collatoꝛibus ꝛ eccleſiaſticis patronis deberentur. Dominus noſter rex franciſcus (ex poteſtate ꝛ facultate a ſede apoſtolica ſibi attributa) pꝛedictos menſes ibi exprimit ꝛ nominat. quaſquidẽ poteſtatẽ ꝛ facultatẽ (cũ tenoꝛe ſubſequentis reſcripti) vult in quibuſuis curijs publicari: ne de his poteſtate ꝛ facultate: ignoꝛãtia ab aliquo ptẽdi poſſit. Et iuxta tenoꝛẽ illiꝰ facultatis ꝓceſſus ꝛ cõtrouerſias terminari vult ꝛ finiri.

FRanciſcus dei gratia francoꝛũ rex: mediolani dux genue dominus. ¶ Cũ ſuperioꝛibus diebus certa iniuerimus cõcoꝛdata cũ ſanctiſſimo domino noſtro papa Leone decimo: quibus inter cetera oꝛdinatur quatinus bñficia vacantia pꝛimo mẽſe poſt publicationẽ illoꝝ afficiãtur graduatis ſimplicibus: verũ cũ ex diuerſitate tẽpoꝝ quibus iamdicta cõcoꝛdata publicata in parlamẽtis noſtris fuere: dictoꝛũ mẽſium diuerſitas cõfuſionẽ litiũ educatricẽ generare veriſimile potuiſſet. Nos igitur (vt dicte confuſioni obicẽ apponeremus) a iamdicto dño ſanctiſſimo dño noſtro papa: literas apoſtolicas obtinuimus. quarũ tenoꝛ de verbo ad verbũ inferiꝰ deſcribitur: quibus ꝑmiſſum ꝛ cõceſſum eſt: illũ pꝛimũ mẽſem exprimere nobis ac nominare liceret. Ea pꝛopter facultatẽ nobis a ſede apoſtolica pꝛedicta cõceſſam inſequẽtes. Cõſiderãteſqꝫ dicta concoꝛdata in curia noſtra parlamenti pariſius in menſe martij vltime pꝛeteriti fuiſſe publicatã mẽſem pꝛeteritũ apꝛilis dictã publicationẽ immediate ſequentẽ. ꝓ pꝛoximo menſe elegimus ꝛ nominamꝰ. Ex cuius initio oꝛdo ꝛ cõputatio ſequentiũ menſiũ vt qui menſes graduatis ſimplicibꝰ: necnõ graduatis nominatis: ac oꝛdinarijs collatoꝛibus ſpectant ſciãtur: ꝛ iuxta illoꝛũ oꝛdinẽ: bñficijs in illis vacantibus pꝛouideatur. tenoꝛẽ dictoꝛũ cõcoꝛdatoꝛũ inſequẽdo: nullo habito reſpectu ad tempus publicationis eoꝛũdẽ cõcoꝛdatorũ in alijs curijs noſtris parlamenti facte. ¶ Quocirca dilectis ꝛ fidelibus cõſiliarijs noſtris parlamẽta noſtra pariſius. Tholoſe.

Burdegale. Rothomagi. Dinione. ⁊ Granopoli tenentibus. Nec
nō ceteris noſtris iuſtitiarijs ⁊ officiarijs mādamus et iniungim⁹
quatinus. has pꝛeſentes noſtras literas publicare habeāt: nec nō
in ſuis regiſtris regiſtrare: vt nemo ignoꝛantie cauſam pꝛetendere
poſſit aut valeat. Et iuxta tenoꝛē iamdicte facultatis nobis cōceſ
ſe: ⁊ declarationis ꝑ nos facte. pꝛoceſſus iudicare habeant. Quia
ſic fieri volumus: ⁊ ita nobis placet. non obſtantibus quibuſcūꝙ
in contrarium facientibus.

¶ Sequitur tenoꝛ literarum apoſtolicarum.

¶ Idem leo papa ad Franciſcum pꝛimum francoꝛum regem.

¶ Summarium.

¶ Regis Franciſci pꝛimi interfuit (ex auctoꝛitate ſedis apoſtolice
cuiuſquidē auctoꝛitatis tenoꝛ de ꝟbo ad verbū ſequitur) exꝓime
re ⁊ nominare pꝛimū menſem graduatis ſimplicibus debitū. nec
non alios menſes de quibus confuſe ſupꝛa habet̃ de colla.§.in pꝛi
mo menſe ⁊ alijs.§.per oꝛdinem ſequentibus.

LEo epiſcopus ſeruus ſeruoꝛū dei. chariſſimo in xp̄o fi
lio Frāciſco francoꝝ regi xp̄ianiſſimo. ſalutē ⁊ apoſto
licam benedictionem.

¶ Pudū ſiquidē inter alia (cū irritantis appoſitione
decreti) ſtatuimus ⁊ oꝛdinauim⁹ ꝙ extūc de cetero (oc
currentibus eccleſiarū cathedraliū. etiā metropolitanarū: ac mo
naſterioꝛū in regno francie. ⁊ delphinatu: ac comitatu dicti. ⁊ valē
tinēſi cōſiſtentiū vacationibus) dilecti filij eccleſiarū. capitula et
monaſterioꝛū conuētus. ad electiones ſeu poſtulatiōes futuroꝛuꝫ
archiepiſcopoꝛū: epiſcopoꝛū: ac abbatū: eccleſiarū ⁊ monaſterioꝛū
vacātiū ꝓ tēpoꝛe huiuſmodi ꝓcedere nō valerēt: ſed maieſtas tua.
ad eccleſias ⁊ monaſteria huiuſmodi ſic vacantia: infra certū (tūc
expꝛeſſit tēpoꝛis) ſpaciū ⁊ nobis pꝛo tēpoꝛe exiſtenti Romano pō
tifici perſonas idoneas (certo. tunc expꝛeſſo modo) qualificatas
ad eandē nominationē per nos ⁊ romanū pontificē huiuſmodi ec
cleſijs ⁊ monaſterijs eiſdem ꝓficiendas nominare valeret. ꝓut in
noſtris inde confectis literis in quibus inter alia ꝙ pꝛio mēſe poſt
earūdē literarū acceptationem ⁊ publicationē oꝛdinarij collato
ris dignitates ꝑſonatus: adminiſtrationes ⁊ officia ad eoꝛū colla
tionē: ꝓuiſionē: nominationē: ꝓſentationē ſeu quāuis aliā diſpoſi
tionē ſpectantia graduatis ſimplicibus ſub certis mō ⁊ foꝛma. tūc
expꝛeſſis conferre. ⁊ de illis etiam ꝓuidere deberent cauetur.

¶ Cum autē (ſicut accepimus) ꝓpter diuerſa tribunalia pluriuꝫ
parlamentoꝛū in regno delphinatu ⁊ comitatu pꝛedictis cōſiſten
tia. in quibus literas in eis conſtitutas ⁊ expꝛeſſas cōſtitutiones
publicari ⁊ acceptari diuerſis tēpoꝛibus ꝓpter locoꝛū diſtantiaꝫ
opoꝛtet ſuꝑ pꝛimo menſe qui oꝛdinarijs collatoꝛibus ad cōferēdū

Regi franci-
ſco p̄io ꝯceſ-
ſum fuit ex-
primere et
nominare
primū mē-
ſes gradua-
tis debitū.

graduatis ꝯcedit quis ſit pluries lites ⁊ diſpēdia partiū ſuꝑ hoc
exoꝛiri cōtingere poſſet. Nos litibus ⁊ diſpēdijs huiuſmodi ꝓ no
ſtri paſtoꝛalis officij debito: obuiare volētes. ⁊ ne quis menſis ſit
hm̄oi deinceps dubitari aut heſitari contingat. maieſtati tue (vt
poſt publicationē ⁊ acceptationē literarū cōcoꝛdatoꝝ hm̄oi: pri-
mū mēſem hm̄oi. quis ſit: exprimere ⁊ noiare poſſit ⁊ valeat) motu
ꝓprio: ⁊ ex noſtra certa ſciētia auctoꝛitate apoſtolica tenoꝛe pre-
ſentiū licentiā ⁊ facultatē ꝯcedim⁹. paritercꝫ indulgem⁹ non obſtā
tibus oībus q̄ in eiſdē literis voluim⁹ nō obſtare ceteriſcꝫ cōtrarijs
quibuſcūcꝫ. ¶ Datū rome apud ſanctū petrū. Anno incarnatiōis
dn̄ice milleſimo quingēteſimo decimooctauo: decimoſeptimo kl̄a
endas Julij pōtificatus noſtri anno ſexto. Sic ſignatū. ſupꝛa pli-
cā. Ja. q̄ſtembert. In teſtimoniū quoꝛū his pꝛeſentibus ſigillū no
ſtrū duximus apponendum. ¶ Datū baugiaci. xxv. menſis Octo
bꝛis. Anno domini milleſimo quingenteſimo decimooctauo. Et
regni noſtri quarto. Per regē. Gedoyn. ¶ Lecta publicata ⁊ regi
ſtrata Tholoſe in parlamento. xxij. Nouēbꝛis. Anno domini mille
ſimo quingenteſimo decimooctauo. Michaelis.

¶ De pena temere venientium contra huiuſmodi concoꝛdata.

¶ Summarium.

¶ Quibuſcūcꝫ iuſtitiarijs ꝑ dominū noſtrū francoꝛū regez pꝛeci
pitur ⁊ mandatur quatinus infractoꝛes ⁊ violatoꝛes huiuſmodi
concoꝛdatoꝛū legitimis penis puniant. Et omnia in contrariū at
tentata reuocent et ad pꝛiſtinum ſtatum red ucant. Ac etiam iniū
gitur illis quatinus hec omnia publicent. ⁊ in regiſtris ſuis regi-
ſtrari faciant ne de poteſtate ⁊ auctoꝛitate a ſede apoſtolica ſibi at
tributa ab aliquibus ignoꝛantia pꝛetendi poſſit.

FRanciſcus dei gratia francoꝛū rex. mediolani dux. ⁊ ge-
nue dn̄s. Cū pꝛo coꝛroboꝛatione necnō obſeruatione de
cretoꝝ concoꝛdati ꝑ nos cuz ſanctiſſimo domino noſtro
papa Leone. x. initi neceſſariū ac vtile foꝛet. vt a ſancta ſe
de apoſtolica illius concoꝛdati ꝓtectoꝛes cōſtitueremur
vt vtrocꝫ mucrone inſtitutis concoꝛdatoꝝ nō parentes ferirentur
literas apoſtolicas a iamdicta ſede apoſtolica obtinuimus. quaꝝ
tenoꝛ inferius deſcribitur. quibus illoꝝ concoꝛdatoꝛū ꝓtectio no
bis cōceſſa eſt. ¶ Quocirca dilectis ⁊ fidelibus cōſiliarijs noſtris
parlamēta noſtra Pariſi⁹. Tholoſe. Burdegale. Rothomagi. Di-
nione ⁊ Gratianopoli. tenentib⁹. necnon ceteris nr̄is iuſtitiarijs
⁊ officiarijs mādamus ⁊ iniungim⁹: quatinus (iuxta facultatē no
bis conceſſam) eoꝝ concoꝛdatoꝛum infractoꝛes: penis legitimis
afficiant. Et ea q̄ in contrariū dictoꝝ concoꝛdatoꝝ attentauerint
reuocēt ⁊ in pꝛiſtinū ſtatū reducant. ſeu reduci faciant. cōpeſcēdo

cōpeſcendos omnibus vijs rationabilibus ⁊ debitis. Et (vt nemo iamdicte noſtre protectionis ignorantiam pretendere valeat) has ꝑſentes publicare. ⁊ in regiſtris ſuis regiſtrare faciāt indilate: quoniam nobis ſic placet. ⁊ ita fieri volumus: non obſtantibus quibuſcunqꝫ. in contrarium facientibus.

¶ Sequitur tenor dictarum literarum apoſtolicarum.

¶ De protectione concordatorum fran. regibus conceſſa.

¶ Summarium.

¶ Domino noſtro regi Franciſco primo. ſuiſqꝫ in futurum ſucceſſoribus a ſede apoſtolica data eſt protectio atqꝫ cuſtodia cōcordatꝫ inter ipſos papam Leonem. x. Et regem franciſcum primum inīti et paſſati ⁊ in ſacro Lateranenſi concilio approbati.

LEo epiſcopus ſeruus ſeruorū dei. chariſſimo in xp̄o filio Frāciſco francornm regi xp̄ianiſſimo ſalutē ⁊ apoſtolicā benedictionē. ¶ Dudū ſiquidem inter alia. cū irritante appoſitiōe decreti ſtatuimus ⁊ ordinauim⁹ qꝫ ⁊ tunc de cetero (occurrentibus eccleſiarum cathedralium et metropolitanarum ac monaſteriorum in regno francie. et delphinatu. ac comitatu dieñ. ac valentineñ. conſiſtentium vacationibus) dilecti filij eccleſiarum capitula. et monaſteriorum conuentus. ad electiones ſeu poſtulationes futurorum archiepiſcoporum. epiſcoporum. ⁊ abbatum. eccleſiarum ac monaſteriorum vacantium pro tempore huiuſmodi procedere non valerent. Sed maieſtas tua ad eccleſias ⁊ monaſteria huiuſmodi ſic vacantia infra certum (tunc expreſſi tēporis) ſpaciū nobis: ⁊ pro tēpore exiſtenti Romano pontifici perſonas idoneas (certo tunc expreſſo modo) qualificatas ad eādem nominationem ꝑ nos ⁊ romanum pontificem huiuſmodi eccleſijs ⁊ monaſterijs eiſdem preficiendas nominare valeret: prout in noſtris inde confectis literis in quibus maieſtati. ⁊ pro tempore exiſtenti francorum regi in virtute ſancte obedientie quod per te vel alium. ſeu alios. in dignitate eccleſiaſtica conſtitutos eaſdem literas ac omnia et ſingula in eiſdem cōtenta qñ ⁊ quotiēs opus foret publicari. ⁊ inuiolabiliter obſeruari faceres mandauim⁹ plenius cōtinetur. ¶ Cū aūt (ſicut accepimus) nōnulli regni. delphinat⁹. ⁊ comitatus. ꝑdictoꝝ a quorū cordibus dei timor abeſt: literas huiuſmodi: ⁊ per eas editas cōſtitutiōes. ⁊ in eis cōtēta plene acceptare recuſent. ⁊ illis (nō ſine ſpiritu blaſphemare ⁊ cēſuraꝝ i eis cōtētarū icurſu) verbo ⁊ ope (ſi poſſent) cōtra venire cōtendāt. Nos ea q̄ tanta maturitate cōſilio ⁊ ſacri tunc vigentis Lateraneñ. concilij approbatione diſcuſſa

ſtatuta ordinata facta ⁊ conceſſa ſunt.vt inuiolabiliter⁊ incōcuſſe (prout par eſt)obſeruentur.pro noſtri paſtoralis officii debito prouidere volentes.q̄cq̄ aliis noſtris literis temerariis auſibus contrauenire nitentur occurrerimus eorumq̄ ora obſtruxerimus:motu proprio.⁊ ex noſtra certa ſciētia ac de apoſtolice poteſtatis plenitudine cum deceat ſecularem poteſtatem preſertim magnam eccleſiaſticam iuuare poteſtatem in his preſertim que animarum ſalutem concernunt maieſtatem tuam ac pro tempore exiſtentē francorum regem literarum predictarum:ac per eas editarum conſtitutionum:⁊ omnium ⁊ ſingulorum in eis contentorum legitimos protectores:defenſores:ac conſeruatores necnon quorūuis aduerſus illas ⁊ in eis contenta venire tentantium cuiuſcunq̄ dignitatis. ſtatus. gradus. ordinis. conditionis. vel nobilitatis. exiſteñ. ac quacunq̄ mundana dignitate fulgentiū inuictiſſimos oppugnatores tenore preſentium auctoritate apoſtolica conſtituimus deputamus:non obſtantibus omnibus que in dictis literis. volumus non obſtare ceteriſq̄ contrariis quibuſcunq̄.

¶ Datum Rome apud ſanctum petrum. Anno incarnationis dominice milleſimo quingenteſimo decimooctauo.xvii.kal. Julii pontificatus noſtri anno ſexto. Sic ſigatum ſupra plicam. Ja.que ſtēberc.⁊ ſub plica Ja.ſadoletus. In teſtimonium quorum his preſentibus ſigillum noſtrum duximus apponendum.

¶ Datum baugiaci die.xxv.mēſis Octobris. Anno domini milleſimo quingenteſimo decimooctauo.⁊ regni noſtri quarto. Per regem.Gedoyn.

¶ Lecta publicata et regiſtrata.Tholoſe in parlamento.xxii. Nouembris.milleſimo quingenteſimo decimooctauo. Michaelis.

¶ Finis concordati.

Rubrice concordatorum ſecundum ordinem alphabeti ſequũtur.

De annatis. fo.xix.
De approbatione cõuentoꝝ per conciliũ lateraneñ.facta. fo.iij.
De cauſis. fo.xj.
De collationibus. fo.xvij.
De concluſione lateranenſis concilij. fo.xvij.
De conſtitutionibus. fo.iij.
De electionis ⁊ poſtulationis derogatione. fo.v.
De excommunicatis non vitandis. fo.xiij.
Forma mandati apoſtolici. fo.xv.
Forma literarum executoriarum mandati apoſtolici. fo.xvj.
De friuolis appellationibus. fo.xij.
De interdictis non leuiter ponendis. fo.xiiij.
De mandatis apoſtolicis. fo.xj.
De pacificis poſſeſſoribus. fo.xij.
De pena temere venientiũ cõtra huiuſmodi concordata. fo.xxj.
De preſentatione ⁊ inſtitutione prelatorum. fo.v.
De proteſtationibus aplicis contra regem fran. factis. fo.xv.
De ꝓtectione concordatorũ francorũ regibus conceſſa. fo.xxij.
De prorogatione dilationis ad publicandũ cõcordata. fo.xviij.
De publicis concubinarijs. fo.xij.
De regia acceptatione ⁊ publicatione concordatorum. fo.xviij.
De regia facultate primũ mẽſez graduatis debitũ noiandi. fo.xx.
De regiſtratione concordatorum. fo.xx.
De robore et firmitate concordatorum. fo.xiiij.
De ſublatione clementine literis. fo.xiiij.

¶ Finis enumerationis rubricarum concordatorum.

¶ Tabula alphabetica latioꝛi modo ꝙ pꝛius ampliata in qua facillime contenta in huiuſmodi cōcoꝛdatis inuenientur. Et pꝛimo de litera.

A

Ante diffinitiuam ſententiam non eſt appellādum de cauſis.§.⁊ ne. fo.xj.pagi.ij.

¶ Antiquioꝛ graduatus nominatus qui ſuas(vt decet)fecit diligētias pꝛefertur poſterioꝛi nominato .§.quo vero.de colla. fo.ix.pagi.ij.

¶ Appellationes que emittuntur in hoc regno a iudicibus ſedi apoſtolice immediate ſubiectis cōmitti debent per reſcripta apoſtolica iudicibus in ipſis partibus gallicanis terminande.§. ſi quia vero. de cau. fol. xj.pagin.ij.

¶ Appellari non licet a ſecunda ſententia interlocutoꝛia confoꝛmi. de friuo.appel. fo.xij.pagi.j.

¶ Appellari non licet a tertia ſententia diffinitiua etiam cōfoꝛmi.eodem titu.⁊ fo.

¶ Appꝛobatio et publicatio ipſius cōcoꝛdati fienda per regem in ſuo regno fuit pꝛoꝛogata ad ipſius regis requeſtam a data literarum vſq ad annum.c. Franciſcus.et.c. Leo epiſcopus.de pꝛoꝛogatione.dila.ad publi.concoꝛ. folio.xviij.et.xix. pagina ij.⁊.j.

B

Beneficia vacantia in pꝛimo menſe poſt huiuſmodi concoꝛdati publicationem debentur graduatis ſimplicibus qui ſuas fecerūt diligentias.§.in.j.menſe. de collationibus. folio.vij. pagina.ij.

¶ Beneficia vacantia in ſecundo et tertio menſibus conferri poſſunt libere per oꝛdinarios collatoꝛes perſonis idoneis. eodem titulo et.§. ſequenti.

¶ Beneficia vacantia in quarto menſe debentur graduatis nominatis qui ſuas(vt decet)fecerint diligē. ibidem.

¶ Beneficia vacātia in quinto ⁊ ſexto menſibus poſt iſtarum publicationem poſſunt ipſi collatoꝛes conferre perſonis (vt pꝛemiſſum eſt) idoneis .§. beneficia autem. folio.viij. pagina.j.

¶ Beneficia vacātia in ſeptimo menſe debentur graduatis ſimplicibus. ibidem.

¶ Beneficia que in octauo ⁊ nono mēſibus vacabunt poterunt per ipſos oꝛdinarios perſonis idoneis conferri.ibidem.

¶ Beneficia que in decimo menſe vacabunt cōferri debent ipſis graduatis nominatis qui ſuas(vt dictum eſt)fecerunt diligē.ibidem.

¶ Beneficia vero que in vndecimo et duodecimo menſibus poſt publicationem pꝛeſentis cōcoꝛdati vacabūt per ipſos oꝛdinarios libere conferri poterunt.ibidem.

¶ Beneficia ſimpliciter vel cauſa permutationis vacantia non faciunt turnum.§.quodq beneficia. de coll. fo.eo.pagi.ea.

¶ Beneficia ſecularia ſecularibus. regularia regularibus conferri debēt .§.et inſuper. de collatio.folio.x. pagina.j.

¶ Bacchalarij foꝛmati in theologia pꝛeferuntur licentiatis in iure canonico ciuili et medicina.§.concurrentibus.el.j.de collationibus. folio.ix. pagina.j.

¶ Bacchalarij in iure canonico vel ciuili pꝛeferuntur magiſtris in artibus data etiam concurrentia in hu-

huiuſmodi tempore.ibidem.

C

Canonicatus creatio fieri debet ſolum quo ad effectum conſequendi dignitatem in eccleſia cathedrali.non autem quo ad effectum ibidē cōſequendi prebendam.§.in cathedralibus.de collationibus.folio.vij. pagina.j.

¶Cardinales actu in curia reſidentes non comprehenduntur.ſub certo huius cōcordati quo ad cauſas in ipſo regno terminādas.§.ſancte romane.de cauſis. fo.xij.pagi.j.

¶Cauſe beneficiales ac ſpirituales quecūq; ſint(exceptis maioribus in iure expreſſis) terminari debent in ipſo regno ⁊ partibus adiacentibus et gradatim appellādum erit nullo omiſſo medio.de cauſis in prin. fol. xij.pagina.ij.

¶Collationes beneficiorū facte contra ordinem et qualificationem graduatorum/ et etiam nominatorum ſunt ipſo iure nulle et deuoluitur collatio concordati facti in eccleſijs cathedralibus preſumuntur habere notitiam ipſius gradatim ad immediatum ſuperiorem.de collationibus.§.ſiquis vero cuiuſcunq;.folio. viij. pagina.j.

¶Concordatum initum inter romanum pontificem ex vna parte.⁊ francie regem ex altera/ habet vim ⁊ robur contractus vltro citroq; obligatorij cui non poterit nunc in eo contentis deinceps quouiſmodo derogari. per quaſcunq; gratias ſeu clauſulas in literis apoſtolicis apponendas: quod ſi de facto in aliquo derogatum fuerit decernitur irritum et inane de robore et firmitate. concordatorum. in principio. folio.xiiij. et.xv.

¶Concordatum initum inter romanum pontificem ⁊ regem francie pro vpiſtur legi in hoc regno ſingulis annis prout ſiunt regie ordinationes ſeu conſtitutiones. de proteſta. apoſto. contra regem fran. facti.§.ij fo.xiiij.pagi.j.

¶Concubinariorum filij cum eorum patribus non cohabitent.eodem titulo.§. qui etiam. fol.xiij. pagina.j.

¶Concubinarij publici poſt duos mēſes a tēpore publicationis ipſius de concubina. in principio. folio.xij. pagina.ij.

¶Concubinarij publici in huiuſmodi feditate reperti ſunt ipſo facto ſu ſpenſi a perceptione fructuū beneficiorum ſuorū ſpatio trium mēſium/ quos ſuperior ipſorum conuertet in vtilitatem eccleſie cui⁹ ſunt fructus. eo.titu.⁊.§.

¶Concubinarij publici ſi(monitione premiſſa) non dimiſerint ſuas concubinas/ vel aliam publice loco dimiſſe acceperint/priuādi ſunt omnibus beneficijs ſuis. eodē titu. folio xiij.§.qui ſi.

¶Concubinarij publici qui monitione premiſſa dimiſerunt ſuas concubinas / remanēt/ nihilominus adhuc inhabiles ad quecunq; beneficia eccleſiaſtica obtinenda quouſq; fuerint per ſuos ſuperiores diſpenſati et ſi poſt huiuſmodi diſpenſationem recidiuo vomitu ad concubinatum redierint/ erunt omnino inhabiles: ⁊ ſine ſpe obtinendi diſpenſationem ad quecunq; beneficia eccleſiaſtica.eodem titulo.§. et nihilominus. fo.xij.

¶Concubinarij publici dicuntur nō ſolum illi quorum cōcubinatus per ſententiam vel iudicialem confeſſionem eſt notorius: ſed etiam illi qui tenent apud ſe mulieres ſuſpectas de incontinentia: ⁊ qui ſunt ita diffamati per rei euidentiam ꝙ non poſſunt aliqua tergiuerſatione celari. §.publici. eodem titu. folio.xiij.pagina.j.

¶Cōcubinariorū publicorū ſuperiores ſeu dioceſani ſi fuerint negligentes in puniēdis ipſis cōcubinarijs. per ipſorū ſuperiores erūt punien

modis poſſibilibus.§. quodcꝫ ſi hi.
eo.titu. fo.eo.pagi.j.

¶Concubinarioꝝ publicoꝛum ſupe
riores ſeu prelati qui ab ipſis concu
binarijs pecunias extoꝛquẽt vt eos
a tali feditate tolerẽt: ſicut fit in ple
riſcꝫ locis: grauiter veniũt punien=
di:cum redditione duplici illius qḋ
a talibusacceperint.§.quia vero.eo.
titu. fo.eo.pagi.ij.

D

Doctoꝛes plures ſi cõcur
rãt in tempoꝛe quo ad
petendum beneficium
vacans in menſe depu
tato qualificatis/tunc
prefertur doctoꝛe ille
qui gaudet maioꝛi prerogatiua gra
dus puta doctoꝛ in theologia prefer
tur doctoꝛi canonico ciuili aut medi
cina. Et idem dicẽdum erit in licen=
tiatis.et etiam in bacchalarijs reſpe
ctiue. de colla.§.cõcurrentibus.el.ij.
fo.viij.pagina.j.

¶Derogari non poterit deinceps cõ=
tentis in ipſo cõcoꝛdato inter roma=
num pontificem et regem inito. per
quaſcuncꝫ gratias apoſtolicas nec
etiam per clauſulas in ipſis literis
apoſtolicis apponendas.de robo.et
firmitate. concoꝛ. in pꝛin. folio.xiiij.
pagina.ij.

¶Dioceſes ⁊ parochie et magna cau
ſa fuerunt per vniuerſum oꝛbem di=
uiſe ſeu diſtincte.de conſti.in pꝛinci.
fo.vij.pagi.j.

E

Ecleſie cathedrales nec
nõ metropolitane apḋ
ſedem apoſtolicam va
cantes poſſunt per pa
pã libere conferri.etiã
nõ expectata regis no
minatione.de preſenta.⁊ inſti. prela
to.§.necnon. fo.v.pagi.ij.

¶Eccleſia gallicana alias noluit con
ſentire deſtructioni pꝛagmatice ſan
ctionis.ſed ei voluit inherere. de cõ=
ſtitu. ſuper verbo. Nec ipſi prelati.
fo.iiij.pagi.ij.

¶Eccleſiarum cathedralium et capi
tula monaſterioꝛum electiuoꝛum cõ
uentus habentes ius eligẽdi ex pri=
uilegio expꝛeſſo nõ compꝛehendun=
tur ſub contentis in ipſo concoꝛda=
to quinimo libere poterũt tales ad
electionem pꝛocedere. occurrẽte va=
catione.obſeruata tamen iuris com
munis foꝛma.§.per premiſſa.de pre=
ſenta.⁊ inſti.prelato. fo.vj.pagi.ij.

¶Eccleſie parochiales villarum mu=
ratarum conferri debent ſolis viris
graduatis vel alias qualificatis.§.
ſtatuimus quocꝫ ꝙ parochiales. de
colla. fo.x.pagi.j.

¶Electiones in cathedralibꝰ et me=
tropolitanis eccleſijs/ quocũcꝫ mo=
do etiam per ceſſionem vacantibus.
de cetero nõ fiant:ſed per regis fran
cie nominationem de pſona idonea.
et pape collationem ſiue inſtitutio=
nem inde ſecutã/ fiet hmõi eccle ſia=
rum pꝛouiſio de preſenta. et inſtitu.
prela.§.j. fo.v.pagi.j.

¶Electiones necnõ.pꝛouiſiones eccle
ſiarum cathedralium de cetero fien=
de contra tenoꝛem huiuſmodi con=
coꝛdati ſunt ipſo iure nulle/ ac inua
lide ibidem.§. decernentes. folio. v.
pagina.ij.

¶Electiones in monaſterijs regula=
ribus ac pꝛioꝛatibus vere electiuis
quocũcꝫ modo etiam per ceſſionem
vacantibus de cetero non fieut. ſed
occurrente huiuſmodi vacatione/ ꝑ
regis nominationem et pape colla=
tionem fiẽt huiuſmodi pꝛouiſiones
de perſona idonea ⁊c.§.monaſterijs.
eo.titu. fo.vj.pagi.ij.

¶Etas pꝛomouendi ad eccleſiam ca=
thedralem ⁊ metropolitanam debet
eſſe. xxvij. annoꝛum de preſenta. et
inſtitu.prela.in pꝛin. fo.v.pagi.ij.

¶Etas religioſi pꝛomouendi ad mo
naſterium regulare ſeu pꝛioꝛatum
electiuum debet eſſe.xxiij. annoꝛum
.§.monaſterijs. eodem titu.folio.vj.
pagina.j.

¶Excommunicati vel interdicti non ſunt vitandi ſub colore cuiuſcunq; excommunicationis vel interdicti. quouiſmodo late vel lati niſi ſpecialiter z expreſſe/ talis excõmunicatio vel interdictuz/ fuerit publicata vel publicatũ ſeu etiam denuntiata ſeu denuntiatum per iudicẽ contra certam perſonam vel collegiũ/ vniuerſitatem/vel locum declaratum / vel niſi ita notorie appareat / q; nulla poſſit tergiuerſatione celari.titu.de excommunicatis non vitandis. fol. xiiij.pagina.i.

F

Filij concubinariorum apud eorũ patres nõ cohabitent.§. qui etiã filios de concubinarijs. fo.xiij.pagi.ij.

¶Forma mandati apoſtolici pro ſecularibus clericis locũ ſibi vendicat etiam in regularibus. de forma literarum executoriarum mandati apoſtolici. in fi. follo. xvij. pagina.i.

¶Fornicationis crimen eſt lege diuina prohibitũ z etiam per hoc concordatum prohibetur cuicũq; concubinas retinere ſub pena peccati mortalis.§.et cum omne.de concubi.fo. xiij.pagina.ij.

G

Gratie expectatiue/ necnon reſeruationes ad bñficia vacatura ſunt dãnate per huiuſmodi concordatũ.de coll. in princi. fo.vi.in fi.

¶Graduati ſimplices z nominati tenentur facere fidem ordinarijs collatoribus de literis gradus / nominationis et temporis ſtudij ſaltem ſemel ante vacationem beneficij per literas autenticas.§. prefatiq; graduati.de colla. fo.viij.pagi.ij.

¶Graduati tam ſimplices q̃ nominati teneãtur tradere ipſis collatoribus copiam literarum ſuarum tam gradus q̃ nominationis temporis ſtudij ac etiam atteſtationis nobilitatis.§. teneanturq;. de colla.fol.ix. pagina.i.

¶Graduati anno quo omiſerint inſinuare ſuas literas non poterunt petere beneficia illo anno vacãtia graduatis debita.eo.§.z titu.

¶Graduati ſimplices vel etiam nominati ſi non fecerint diligẽ. tunc beneficia in mẽſibus eis deputatis vacantia poterunt libere p ordinarios cõferri/etiam non graduatis.§. et ſi collatoribus.de colla. fo.ix.pagi.i.

¶Graduatus petere poteſt beneficiũ vacans poſt inſinuationem etiam ſi nondum venerit tempus quadrageſime in quo debet inſinuare collatori nomen z cognomẽ ipſius graduati. eodem titulo.§. ſi tamen graduatus.fo.ix.pagina.i.

¶Graduati nominati ſi cõcurrant in tempore puta de eodem anno menſe et die tũc prefertur ille qui maiori gaudet prerogatiua grad⁹.eo. titu. concurrentibus autem nominatis. fo.ix.pagi.ij.

¶Graduati nominati ſi concurrant plures in eodem gradu et facultate tunc recurrendum erit ad datam nominationis.§. et ſi in eiuſdem. codẽ titu.fol.ix.pagina.ij.

¶Gratificare poſſunt collatores ordinarij.z patroni eccleſiaſtici inter graduatos ſimplices. qui ſuas fecerint in oĩbus diligẽ.§.ſtatuimus quoq;. el.i.de colla. fo.ix.pagi.ij.

¶Graduati nominati ſi ſint plures concurrentes in paritate gradus.facultatis z temporis impetrate nominationis: tunc ordinarius collator gratificare poterit cui voluerit. eo. titu.§.z ſi in omnibus.fo.eo.pagi.ij.

¶Graduati ſiue ſimplices ſiue nominati.qui iam habẽt beneficium ſeu beneficia cuiuſcunq; qualitatis ſint cuius vel quorum valor in ſimul (ſi in diuinis intereſſent) aſcẽderet ſummam ducentorum florenorum auri

de camera ſunt incapaces fructuum gradus et nominationis. §. ſi quis vero. de colla. fo. x. pagina. j.

¶ Graduati ſimplices neq; nominati non poſſunt petere beneficia per puram renūtiationem ſiue per permutationem vacantia in eorum menſibus. §. quodq; beneficia. eo. titu. fol. x. pagina. j.

¶ Graduati ſimplices et nominati qui moleſtant ordinarios collatores ſeu eorum collationarios ratione beneficiorum vacantium in mēſibus eis non deputatis grauiter puniuntur. §. ſi quis autem graduatorum. eo. titu. fo. x. pagina. ij.

I

Impetrans a papa beneficium vacans per mortem ſi verum valorem non expreſſerit in literis poterit dictum verum valorem infra annum exprimere et corrigere/ et tunc annata ſolui debebit camere apoſtolice pro augmento valoris dūtaxat iam expreſſi. de annatis circa finem, fo. xx. pagi. j.

¶ Iudices eccleſiaſtici ſub pena excōmunicationis terminare et finire debent cauſas coram eis pendētes infra biennium. §. ſtatuimus etiam de cauſis. fo. xij. pagi. j.

¶ Interdicto ſupponi non poterunt de cetero loca. ville. caſtra vel ciuitates niſi ex cauſa probabili vel ex culpa gubernatorum dictorum locorū. non autem ꝑpter culpam alicuius priuate perſone. titulo de interdict. fo. xiiij. pagina. j.

¶ Inſinuatio literarū gradus et nominationis fieri debet collatoribus ordinarijs per patentes literas vniuerſitatis/ manu ſcribe et ſigillo vniuerſitatis ſignatas et ſigillatas. de collatio. §. prefatiq; graduati, folio viij. pagina. ij.

¶ Inſinuatio nominum et cognominum fieri debet collatoribus ordinarijs ſingulis annis tempore quadrageſime/ quo omiſſo beneficiū vacās illo anno cōſequi non pōt per ipſos. §. teneāturq; prefati. de collatio. fo. viij. pagina. ij.

M

Ala infinita antiquitus oriebantur ex eo quia lites ſuper beneficialibus cauſis in romana curia et non in regno ventilabantur. §. ideo nos. et §. ſequenti. in proe. fo. ij. pa. ij.

¶ Mala ꝙplurima committi ſolebāt in electionibus eccleſiarū cathedralium et metropolitanarum ac etiam monaſteriorum regni francie. de electio. et poſtula. deroga. in prin, titu. fo. v. pagi. j.

¶ Mādati apoſtolici forma ſcd̄m quā debent concedi mandata apoſtolica ti. de forma manda. apo. fo. xv. et xvj.

¶ Mandatarij apoſtolici preferuntur ordinarijs collatoribus et quibuſuis graduatis. §. et vt de manda. apoſto. fo. xj. pagi. j.

¶ Mēdicātes religioſi reformati eminentie ſcientie poſſunt admitti ad dignitates videlicet per regem nominari et papam inſtitui. §. conſanguineis. de preſenta. et inſtitu. prela. fo. vj. pag. j.

N

Obiles habent prerogatiuam in tēpore ſtudij/ q2 minus tempus eis ſufficit ꝙ alijs. de colla. §. tempus autē. folio. viij. pag. ij.

¶ Nobilitas qualiter et per quot teſtes probetur. eodem titu. §. cū vero proba. fo. viij. pag. ij.

¶ Nominatiōis literas deinceps impetrantes tenebūtur exprimere beneficia per eos poſſeſſa/ et eorū verū valorem. §. volumus autē ꝙ de colla. fo. x. pag. ij.

O

Officiales curie romane actu ſua officia exercẽtes quo ad cauſas in regno ⁊ partibus adiacentibus ventilandas non vult papa cõprehẽdi in huiuſmodi cõcordato de cauſis.§. proceſſus. fo.xij.pag.j.

¶Ordinarij collatores tenentur conferre viris literatis: ⁊ per vniuerſitates graduatis tertiam partem beneficiorum cuiuſcunq; qualitatis ſint. de col.§. prefatiq; ordi. fo.vij.pag.ij.

¶Ordinarij ⁊ patroni eccleſiaſtici inter ſimplices graduatos gratificare poſſunt illum quẽ maluerint dummodo tamen ſuas fecerint diligentias.§. ſtatuimus quoq; ⁊ ordinamus ꝙ collatores.de colla. fo.ij.pag.ij.

¶Ordinarij collatores ſub pena ſuſpenſionis conferendi beneficia per octo menſes/ monentur ne bñficia graduatis ſimplicibus vel nominatis debita alijs ꝙ ipſis (dumtamen ſuas vt decet fecerint diligentias) cõferant.§. ſiquis autẽ graduatorũ de colla.§. eodemq; vinculo. folio.x. pagina.ij.

¶Ordinarij collatores grauari poſſunt de vno mandato apoſtolico/ ſi habeant decem beneficia ad eorum collationẽ. Et de duobus.ſi habeãt quinquaginta vel plura.⁊ nõ vltra. de mãdato apoſtolico in principio. folio. xi.pag.j.

¶Ordinarij collatores ſeu patroni eccleſiaſtici beneficia que vacant in menſibus deputatis ipſis graduatis nominatis debẽt conferre illis qui per tempus competens ſtuduerint.§. preterea volumus ꝙ collatores.de col. fo.viij.pa.ij.

¶Ordinarij collatores ſeu dioceſani inquirere debent diligenter ne quis beneficium ſine titu. poſſideat.de pacifi.poſſeſ.§. monemus. fo.xij.pag.ij.

¶Ordinarij ſiue dioceſani tenentur publicari facere in eccleſiis cathedralibus ſtatutum.de publicis concubinarijs.§. eadem diligentia. de concubinarijs. fo.xiij.pag.j.

P

Papa indulſit regi frãcie vt conuenta quedã faceret/ que in regno ſuo vicem pragmatice ſanctionis obtinerent in proemio.§. cum igitur. folio. ij.pagi.ij.

¶Papa libere poteſt conferre beneficia electiua apud ſedem apoſtolicã vacantia.de preſenta. ⁊ inſtitu. prelato.in principio. fo.v.pagi.ij.

¶Papa fecit approbari preſens concordatum per lateranẽ. concilium prout promiſerat ſe facturum. de cõcluſione lateranẽſis cõcilij. in prin. folio. xvi.pag.ij.

¶Papa ⁊ concilium lateranẽ. expreſſe voluerunt quod ſi rex non approbaret et approbare faceret per curias huiuſmodi.concordatum et illud ſingulis annis legi faceret/ prout fiunt ordinationes regie ꝙ huiuſmodi concordatum ſit irritũ et inane. de proteſtati.apoſtoli.contra regẽ facti. in principio. fo.xv.pagi.j.

¶Pars collitigans que expeditionẽ cauſe per ſubterfugia impedit/ grauiter puniri debet etiam in amiſſione cauſe.§. pars vo.de cauſ. fo.xij.pa.j.

¶Perſone ſublimes/ ⁊ regie conſanguinei/ necnon mendicantes reformati poſſunt admitti ad eccleſias cathedrales ⁊ metropolitanas quia non comprehenduntur ſub prohibitione huius concordati.§. conſanguineis.de preſentatio.⁊ inſtitu.prela. fo.vj.pagi.j.

¶Poſſidens pacifice beneficiũ (ſine lite) ſpacio trium annorum non poterit amplius inquietari in poſſeſſorio neq; in petitorio etiam ratione iuris nouiter reperti.de pacifi. poſſeſ.in principio. fo.xij.pagi.ij.

¶Prebenda theologalis qualiter et cui conferri debeat.§. ſtatuimus inſuper de colla. fo.vij.pagi.j.

¶ Prelati debent ſolicite curare/ vt cõcubine ⁊ mulieres ſuſpecte cũ ſuis ſubditis non cohabitẽt. §. ipſas aũt concubinas. de publicis concubi. folio. xiij. pagi. ij.

¶ Prelati capitula et conuentus. ac parlamenta regni francie. ⁊c. fuerũt citati coram Romano pontifice ⁊ cõcilio lateranenſi dicturi cauſas quare pragmatica ſanctio non deberet caſſari. de conſtitutio. vltra medium ſuper verbo. gallicoſq;. fo. iiij. pagi. ij.

¶ Preuentiones apoſtolice habent locum tam contra ordinarios collatores ꝙ contra graduatos ſimplices ⁊ nominatos/ ⁊ etiam contra mandatarios apoſtolicos. §. noſq; de man. apoſtoli. fo. xj. pagi. j.

¶ Principes ſeculares prohibentur. ne impediant quouiſmodo prelatos quominus procederet poſſint puniti ue contra publicos concubinarios. §. iniungimus preterea. de publi. cõcubi. fo. xiij. pagi. ij.

¶ Promoti ad gradum per ſaltum nõ debent nominari per vniuerſitates nec admitti per ordinarios. §. monemus autẽ. de colla. fo. x. pagi. ij.

Q

Qualiter et quomodo beneficia de cetero cõferri debeant per ordinarios viris literatis / ꝑ vniuerſitates graduatis ⁊ nominatis ꝗ debito modo inſinuauerunt. §. prefatiq; ordinarij. de colla. fo. vij. pagi. ij.

R

Regi Franciſco primo cõceſſum fuit exprimere ac nominare primũ mẽſem graduatis ſimplicibus debitũ. titu. de regia facultat. pri. mẽſem gra. debitũ nominãdi. fo. xx. pagi. ij.

¶ Religioſus promouendus ad abbatiam ſeu prioratum vere electi. debet eſſe etatis. xxiij. annorum. §. monaſterijs. de preſenta. ⁊ inſtitu. prela. folio xvj. pagina. j.

¶ Rex Ludouicus. xj. ſuaſione Sixti iiij. pontificis niſus fuit abrogare pragmaticam ſanctionẽ. titu. de conſtitu. circa medium ſuper verbo. et licet Pius ſecundus fo. iiij. pag. ij.

¶ Rex Franciſcus primus ideo cõcordauit cum papa Leone. x. et concilio Lateranẽ. ſuper correctione modificatione pragmatice ſanctionis certis medijs et rationibus. §. cum igitur. in proemio. fo. ij. pagi. ij.

¶ Rex frãcie habet nominare ſiue preſentare ad eccleſiam cathedralem. abbatiam / et prioratum electiuos vacãtes / perſonas idoneas infra ſex menſes. Et ſi non fecerit vel non idoneas preſentauerit / adhuc hz alios tres menſes / quibus elapſis (in negligẽ. ipſius regis) per papã ipſis eccleſijs prouidebitur de preſenta. et inſtitu. prela. per totum. fo. v. pagi. ij.

S

Secunda ſentẽtia interlocutoria cõformis prime executioni demandari debet quacunq; appellatione nõ obſtãte. de fri. app. f. xij. pa. j.

¶ Sinodi / capitula / ⁊ concilia / tenentur monere ſuos ſubditos quatinus dimittant ſuas concubinas. §. iubemus. de publi. cõcubi. fo. xiij. pagi. ij.

T

Tempus ſtudij de quo fidem facere tenentur graduati ſimplices et nolati ordinarijs collatoribus quale eſſe debeat. de colla. §. tempꝰ autem competens. fo. viij. pagi. ij.

¶ Tertia ſententia diffinitiua conformis mãdabitur executioni. quacũq; appellatione non obſtante / nec licet tertio appellare. de fri. appel. fo. xij.

pagina.j.
¶ Tertia pars omnium officiorum et beneficiorũ debetur graduatis ſimplicibus ꝛ nominatis. de colla. §. preſatiꝗ ordinarij. fo.vij.pagi.ij.

U .

VEpres que vnioni eccleſie obſunt/ ꝛ que segetem domini pullulare non ſinũt ſunt prorſus tollẽde. titu. de cõſti. §. vnde ſicut. ſuper verbo exproptꝫ er. fo.iiij pagi.j.
¶ Uerbis narrantibus aliquem reſignaſſe beneficium ſuum/ aut ius in eo pretenſum non creditur/ niſi de hoc appareat per inſtrumentum publicum vel literas autenticas ſuper hoc confectas. de ſublatio. clemen. literis. fo.xliij.pagi.ij.
¶ Uerbis narrantibus aliquem eſſe excõmunicationis vinculo innodatum non creditur niſi de hoc appareat per literas ſuper huiuſmodi excõmunicatione confectas. eodẽ titu. fo. et pagina.
¶ Uerus annuꝰ beneficij valor exprimi debet infra annum a data impetrationis ipſius bñficij. nec interim preterĩu ipſius valoris non expreſſi erit ipſum beneficium impetrabile. et ſi de facto impetretur impetratio erit nulla. titu. de annatis circa finẽ. fo.xx.pagi.j.
¶ Uerus annuꝰ valor beneficij in quibuſcunꝗ prouiſſionibus apoſtolicis etiam motu proprio pape conceſſis exprimi debet. alias huiuſmodi ꝓuiſiones (lapſo tempore prefixo) erunt ipſo iure nulle. de manda. apo. §. ſtatuimus inſuper. fo.xj.pagi.j.
¶ Uerus annuus valor beneficij per mortẽ vacãtis. ſi corrigatur ꝛ augmẽtetur infra annũ a data petitionis/ tũc annata ſolui debebit camere apoſtoli. pro augmento dũtaxat/ ipſius veri valoris iam expꝛeſſi. titu. de annatis circa finẽ. fo.xx.pagi.j.
¶ Uniuerſitates monentur ſub graui pena/ ne aliquos graduatos ordinarijs collatoribus habeãt nominare/ niſi illos qui per tempus debitũ ſtuduerint: et qui per ſaltũ ad gradum nõ fuerint promoti. §. monemus. de colla. fo.x.pagi.ij.

¶ Finis tabule alphabetice ſuper concordato.

¶ In nomine domini amen. Incipit pragmatica ſanctio edita a beato Ludouico francorum rege.

Ludouicus dei gratia francorum rex. Ad perpetuam rei memoriã pro ſalubri ac tranquillo ſtatu eccleſie regni noſtri: necnon pro diuini cultus augmento et chriſti fideliu3 animarum ſalute: vtq3 etiam gratiam ⁊ auxiliũ omnipotentis dei: cuius ſoli ditioni atq3 ꝓtectioni regnũ noſtrũ ſemper ſubiectũ extitit: ⁊ nũc eſſe volumus: que ſequuntur hoc edicto cõſultiſſimo imperpetuum valituro ſtatuimus ⁊ ordinamus.

Primus articulus. ¶ Primo vt eccleſiarum regni noſtri prelati patroni ⁊ beneficiorum collatores ius ſuũ plenariũ habeant ⁊ vnicuiq3 ſua iuriſditio ſeruet.

Secundus articulus. ¶ Item eccleſie cathedrales ⁊ alie regni noſtri liberales electiones et earum effectum integraliter habeant.

Tertius articulus. ¶ Item ſimonie crimen peſtiferum eccleſiam labificans a regno noſtro penitus eliminandum eſſe volumus ⁊ iubemus.

Quartus articulus. ¶ Item ꝓmotiones collationes prouiſiones ⁊ diſpenſationes prelaturarum dignitatũ ⁊ aliorũ quorũcũq3 beneficiorum ⁊ officiorũ eccleſiaſticorum regni noſtri ſcdm diſpoſitionem ordinationẽ et determinationem iuris cõmunis ſacrorũ eccleſie dei atq3 inſtitutorum antiquorum ſanctorum patrum fieri volumus pariter ⁊ ordinamus.

Quintus articulus. ¶ Item exactiones ⁊ onera grauiſſima pecuniarũ per curiam romanam eccleſie regni noſtri impoſitas vel impoſita: quibus regnum noſtrum miſerabiliter depauperatũ extitit: ſiue etiam imponendas aut imponenda leuari ⁊ colligi nullatenus volumus: niſi dũtaxat pro rationabili pia et vrgentiſſima cauſa: vel ineuitabili neceſſitate ac de ſpontaneo ⁊ expreſſo cõſenſu noſtro ⁊ ipſius eccleſie regni noſtri.

Sextus articulus. ¶ Item libertates frãchiſias immunitates prerogatiuas iura priuilegia per inclite recordationis francorũ reges predeceſſores noſtros et ſucceſſiue ꝑ nos: eccleſiis: monaſteriis: atq3 locis piis et religioſis. Necnon perſonis eccleſiaſticis regni noſtri conceſſis ⁊ conceſſa renouamus laudamus ⁊ cõfirmamus per p̃ſentes. Earũ tenor ſequitur.

¶ Uniuerſis iuſtitiariis officiariis ⁊ ſubditis noſtris ac loca tenentibus preſentibus ⁊ futuris et eorum cuilibet prout ad eum pertinuerit diſtricte precipiendo mandamus quatinus omnia et ſingula predicta diligenter et attente ſeruent teneant ⁊ cuſtodiant: atq3 ſeruari teneri et cuſtodiri inuiolabiliter faciant nec aliquid in contrarium quouiſmodo faciant: vel attentent: ſeu fieri vel attentari permittant. Tranſgreſſores autem et contrafacientes (iuxta caſus exigentiam)